SCHEDA DI REGESTO

PERGAMENA N. 17

COLLOCAZIONE: Comune di Atessa- Archivio storico
SERIE: Fondo pergamene n. 17
DESCRIZIONE ARCHIVISTICA: Ordinamento per la riscossione dei dazi
ESTREMI CRONOLOGICI: 30 maggio 1309
CONDIZIONAMENTO: Cassettiera di legno
SUPPORTO: Membranaceo
DIMENSIONI: Altezza 41 Larghezza 38 Diagonale 57
NUMERO DELLE CARTE: 1
NOTE: Scrittura minuscola diplomatica

SUNTO:
Napoli, 1309, maggio 30

Il re Roberto, al fine di evitare i continui dissidi in Atessa per le esazioni fiscali, conferma lo statuto e l'ordinamento dell'università per la riscossione dei dazii. Da tali esazioni sono comunque esenti il re, la curia regia, i genitori della regina, i figli e i fratelli del re, e quelli che ottengano feudi o donazioni nel territorio di Atessa; per i feudi e le donazioni sono tuttavia obbligati i nunzii dei principi e dei nobili.

TRASCRIZIONE:

1. Robertus Dei gratia rex Jerusalem et Sicilie, ducatus Apulie et principatus Capue,
2. Provincie et Forcalquerii ac Pedimontis comes, universis pre/sentis scripti seriem inspecturis presentibus et futuris. Inter desiderii cordis nostri, quibus bonum
3. orane diligimus, comunis bori et rei publice commoda peramamus / fructus quoque generalis utilitatis appetimus et universalis statum reparationis optamus, sicque trattantibus irta libenter annuimus et gerentibus talia non immerito /
4. assentimus. Sane venit nuper ad presentiam nostrani Guillelmus de

Nobilia, habitator terre Atisse, fidelis noster syndicus ad hoc ordinatus, ut constitit per

5. quoddam strip/turo publicum, universitatis hominem ditte terre Atisse et exponens asseruit quod homines ipsi fideles nostri, ut similiter constitit, pro bono
6. comuni tendentes ad me/lius et statum eorum, olim ex imminentibus variis persepe turbidum, persepe turbatum, oportune reparationis ordinare sudicio
7. cupientes ad patera ac materiam / Collere scandalorum, attento quod, interdum pro munerum et aliorum onerum impositione fiscalium, interdum pro distributione et
8. exactione illorum, interdum pro emer[g]entibus / inde multifariam exequendis, querelano, murmur, scisma suspicio et persepe dissidium immo incidenter ad
9. factum in populo scandali pericolosa surgebant, proinde / statuerant, comuni concorditer deliberazione habita et consenso, capitela rive, ut eorum alludamus
10. vocabolo, datia subdistincta, per que soluciones fiscalium collettarum / et aliorum, que subcrescunt in terra ipsa vicissitudine sua, tara fiscalium quam privatorum similiter executiones debite agendorum absque solito singulorum gravamine et
11. onere / supportentur. Taliter ut audivimus exinde ordinato, quod pauca vel modica supererunt fiscalia vel privata negotia emergentia hominibus dicte terre et
12. specialiter / colletta fiscalis pro tempore imponenda et alfa necessaria dicte terre, que de ipsa superiecta pecunia, quam datium nominant, non deducantur ut expedit
13. et solvantur; / que quidem prout continentur in dicco scripto publico in curia nostra ostenso sunt ista; in primis videlicet quod emptor quilibet pro quolibet
14. rotulo carnium porcinarum, / castratinarum et baccinarum venditarum in macello terre ipsius solvat syndico Atisse seu illi, quem syndicus ipse super hoc
15. ordinaverit, quartam partem unius grani. / Item quod quilibet venditor frumenti, vini,

ordei et spelte, cicerum et fabarum, lentissi et salis solvat pro quolibet
16. tumulo vendito per eum tertiam partem unius / grani et tantundem emptor ipsorum
victualium solvere teneatur, sive vendantur in terra Atisse vel eius pertinentiis vel
17. extra pertinentias ipsas ad vendendum / ad terram vel castrum aliud deferatur per cives.
ita quidem, quantum ad venditionem salis,si nullum magistro vel cabellotto
18. salis illarum partium exinde preiudi/cium generetur. itero pro quolibet degalatro lini,
casei, lane, Iarde, assungie et carnium sallitaram teneatur venditor solvere
19. tertiam partem unius grani et / tantundem emptor solvere teneatur. Item pro
quolibet tumulo mellis et decina cere teneatur venditor civis solvere grana duo,
20. exterus vero granum unum / et tantundem emptor solvere teneatur. Item quilibet
venditor lignorum, palorum et quorumcumque lignaminum solvat pro qualibet
21. salma tertiam partem unius grani. / Item quod pro qualibet salma carbonum, sive sit faber
sive alius qui carbones ipsos in terra Atisse vel eius pertinentiis faciat vel
22. deferat, vendat alii vel i[p]se / utatur eis, solvat grana duo si fuerit civis, si vero
exterus granum unum. Item quod quilibet pinzarius solvat pro qualibet fornaia
23. imbricum et calcis grana decem. / Item pro quolibet bove, vacca, fumento, equo, pultro,
mulo, stacca et asino in pascuis constitutis in pertinentiis diete terre,
24. dominus seu custos ipsorum animalium, / civis, etiam si ammalia ipsa fuerint
exterorum sive in societate sint sive ob pecuniam custodiantur, teneatur solvere
25. anno quolibet grana duo. Item pro [q]ualibet / pecude, capra, ariete et porco solvat
terciam partem grani, dominus seu custos ipsorum civis. Item quicunque emerit
26. vinum extra terram ipsam Atisse et vinum / ipsum deferat ad terram i[p]sam pro
vendendo pro qualibet salma solvat grana duo si vendatur ibi si fuerit civis, si vero
27. exterus granum unum. Ipsorum ergo homi/num nobis supplicatione subiuncta ut huiusmodi
ordinationem et statuta eorum velimus debita firmitate vallare. Nos pro
28. consideratione premissa statuta prefata / et ordinationem eandem usque ad nostre

beneplacitum maiestatis vini habere volumus et vigorem nulla propterea iuribus

29. nostre curie ac etiam / immunitati clericorum preiudicium [g]enerando. ita quidem quod eo usque durent et valeant, quo usque universitas ipsa volet et sibi viderit

30. expedire, nullo in / posterum ad correctionem illorum silicet in diminuendis eisdem assensu vel mandato curie requirendo aut etiam expectando. Et quia hoc in

31. bonum evidens / publicum et privatum dinoscitur introductum, nolumus quod dictis hominibus exinde alicuius derogationis vel cuiusvis nota voluntarie

32. servitutis seu /preiudicium aliquod generetur, ab omnibus autem supradictis exactionibus simus exempti et immunes nos, curia nostra, regine mater et consors

33. nostre, liberi / et fratres nostrum ac illi qui in dicta terra vel eius territorio feuda seu dona ab ipsa curia nostra tenent, pro quibus feudis seu donis nichil solvant ac /

34. nuncii principum et magnorum virorum qui habeant titulum dignitatis. Adicimus

35. insuper et expresse iubemus quod dicta universitas daciis non / utatur eisdem, quousque iusticiariis regionis se obligaverit et per prestacionem cautionis

36. fideiussorie ydonee caverit, de resarciendo nostre curie toto eo / quod per concessionem et usum datiorum ipsorum in ipsius curie dispendium forsitan

37. resultaret. In cuius rei testimonium presens scriptum fieri et penderv/ti sigillo vicarie regni Sicilie quo hactenus utebamur, cum nostrum regale sigillum non

38. adhuc factum sit, iussimus communiri. Datum Neapoli / per Bartholomeum de Capua militem, logothetam et prothonotarium regni Sicilie, anno domini

39. millesimo trecentesimonono die penul/timo maii septime indictionis regnorum nostrorum anno primo.[1]

---

[1] In basso, prima della piegatura, si legge " Jacobus de Pisis".